Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Passionale sanctorum - Cod. Aug. perg. 32

[S.l.], [9. Jahrh.]

Passio sanctorum martyrum Simproniani Claudii. Nicostrati. Castorii et Simplicii mense novembr. die VIII

urn:nbn:de:bsz:31-65346

Visual Library

qui baptismum perceperant. Quos prae
cepit capitis subire sententiam. & per diuer
sas portas urbis romae capita eorum suspendi
ad exemplu xpianorum. Tenuit autem & bea
tum calepodium. quem fecit occidi gladio. & cor
pus trahi per ciuitatem. sub die kalendas maii.
cuius corpus iactari precepit in tiberim. ante
insulam lichaonium. In ipsis diebus fugit
beatus calixtus cum decem clericis suis. & ab
scondit se in domo cuiusdam pontiani. Noc
tu uagantes piscatores inuenit qui inuenerunt
corpus beati calepodii. quem leuauerant de flumine.
nuntiauerunt beato calixto epo. Tunc gau
dio repletus est quod corpus sem inuenit. Ac
ceptum recondidit eum cum aromatibus & linte
aminibus. cum ymnis & sepeliuit eum in cimi
terio eiusdem. sexto idus maias. Ab eodem
die cepit alexander curiose querere beatum
calixtum epm. & diuulgatum est ei eo quod esset
trans tiberim in domo pontiani iuxta urbem
rauennantium. & misit occulte & tenuit eum.
Qui hoc precepit. ut in eodem loco fame cruciaretur.
qui tamen dum quinto die nihil uictus accepisset
& ieiuniis & orationibus magis corroborare
tur. Hoc audiens alexander quia magis con
fortabatur. iussit eum fustibus cedi omnibus
diebus. & in eodem loco in custodia mancipari.
ut uel si quis ad eum noctu ueniret. occideretur.
Qui cum multis diebus esset in eodem loco in cus
todia maceratur. ueniens ad eum beatus cale
podius noctu per uisum oculorum. & consolatus
est dicens. Firmus esto pater quia corona tua
iam perfecta est. ut accipias mercedem prome.
Beatus calixtus eps ieiuniis & orationibus per
sistens. non cessabat orare in eodem loco. Erat
ibidem quidam miles nomine priuatus. qui erat
ulceribus plenus & doloribus die noctuque cru
ciabatur. Hic misit se ad pedes beati calixti epi
dicens ei. Salua me ab ulceribus meis quia cre
do dnm ihm xpm ipsum dm uiuum & uerum
qui libet aut blandam. potens est & me salua

re. quia diu est quod consumor in eadem adflictio
ne doloris mei. Respondit ei beatus calixtus eps
dicens. Si credis ex toto corde fili & baptizatus fu
eris in nomine trinitatis mundaberis. Respon
dit priuatus. Ego credo quia saluat me dns ihs xps
in baptismo per manum tuam. & omni uulnere uel
morbo quo tenebatur mundatus est. Tunc cepit
clamare priuatus miles. Ds uerus est & sic dns
ihs xps quem beatus calixtus predicat. Quia
idola uana surda & muta consummantur ab om
nibus. Ds enim aeternus xps est. Hoc iterum
audiens alexander iracundia plenus. eo quod
audisset militem baptizatum. misit & fecit mi
litem priuatum plumbatis deficere. Calixtum
uero epm per fenestram domus precipitari.
& ligato ad collum eius saxo. in puteum dimergi
& in eo per ruderu cumulari. Post dies uero
decem & septem ueniens prbr eius nomine
asterius cum clericis nocte ad puteum leuauit
corpus beati calixti epi. & sepeliuit in cimite
rio calepodii uia aurelia. sub prid idus octo
bris. Amen. Post dies autem vi. tenuit
alexander asterium prbm quem precepit
per pontem precipitari. cuius corpus inuen
tum est in hostia. & a quibusdam xpianis se
pultum in eadem ciuitate sub die quarto deci
mo kl nouembris in pace. Regnante dno
nostro ihu xpo qui uiuit & regnat ds per omnia
secula seculorum. Amen.

Explicit passio sci calixti papae.

INCIPIT PASSIO SCORUM MARTYRUM SIMPRONIANI CLAUDII NICOSTRATI CASTORII ET SIMPLICII MENSE NOUEMBR DIE VIII

Tempore quo diocletianus augustus per
rexit pannonias ad metalla diuersa
sua presentia de montibus abscidenda
factum est autem dum omnes artifices metallicos
congregaret. inuenit inter eos magne peritie
artis imbutos homines. claudium. castorium.

ſimphorianum· & nicoſtratum· mirificos in arte
quadrataria, in occulte xpiani erant· cuſtodientes
mandata dí & quicquid artis operabantur in ſculptu
ra· in nomine dni nri ihu xpi ſculpebant., Uenitū
eſt autem quodā die imperante diocletiano auguſto·
ut ſimulacrum ſolis cum quadriga & lapide thaſio·
artifices cum omni argumento· currum & equis·
uel omnia & hoc lapide ſculperent., Eodem autē
tempore· omnes artifices cum philoſophis cogitantes·
ceperunt artis huius delimare ſermonem., & cum
incidiſſent lapidem magnum & metallo thaſio·
non conueniebat ars ſculpture· ſecundum pre
ceptum auguſti diocliciani, & multis diebus erat
contentio· inter artifices & philoſophos., Quadā
autem die· conuenerunt in unum omnes artifices·
numero ſescenti uiginti duo· cum philoſophis quin
q· ad ſectum lapidis· & ceperunt uenas lapidis
perquirere· & erat intentio· inter artifices & philoſo
phos., Eodem tempore· ſimpronianus confidens
in fide quam tenebat· dixit ad artifices ſuos., fratres
rogo uos omnes· date mihi fiducium· & ego inuenio
ſectum lapidis huius cum condiſcipulis meis· clau
dio· ſimplicio nicoſtrato· & caſtorio., & que
rens uenam metalli· coepit ſculpere in nomine
dni ihu xpi artem· & bene conſequebatur ſculptura·
ſecundum preceptum auguſti., factū eſt ſculptura
ſigilli ſolis· in pedibus uiginti quinq., hoc autem
nuntiatum eſt diocliciano auguſto· & letificatus eſt.,
Eadem uero hora· ibidem in partibus pannonie·
precepit aedificare templum in loco qui appellat
ad montem pinguem· & ibidem conſtituit
& poſuit ſimulacrum & deaurauit· & cepit in eo
dem loco ſacrificiis & unguentis & odoribus letari·
Deditq· donum magna artificibus., Eodem tem
pore letatus eſt diocletianus auguſtus in arte eorū·
& nimio amore captus· precepit ut & metallo
porphyritico· columnas uel capitella columnarū
ab artificibus inciderentur., & uocauit ad ſe· clau
dium· ſimpronianum nicoſtratum· & caſtoriū
atq ſimplicium., Quos cum gaudio ſuſcipiens·
dixit ad eos· Deſidero per peritiam artis ueſtre·

columnas uel capitella columnarum· & monte porphyri
tico incidi· At illi hec audientes a rege., ilico abierunt
cum multitudine artificum & philoſophis· Ueni
entibus autem ad montem porphyriticum· in loco
qui uocatur igneus· ceperunt incidere lapidem
in pedibus quadraginta., Claudius autem omnia
que operabatur· in nomine dni nri ihu xpi facie
bat· & bene ſequebatur eum ars., ſimplicius autē
querat gentiles· Omnia quecumq· faciebat· non
erant conuenientia., Quadam uero die· dixit ad
ſimplicium nicoſtratus· frater· quomodo tibi fer
ramentum tuum confringitur· Dixit autem
ad eum ſimplicius, Rogo te tempera mihi ferra
mentum· ut non confringatur., Dicit ei claudi
us· Da mihi omne ingenium artis· & dum dedis
ſet ei omnem ſculpturam ferri· dixit claudius,
in nomine dni nri ihu xpi· ſit hoc ferrum forte & ſanū
ad faciendu opera., Ab eadem hora cepit ſimplici
us omnem artem quadratarium· cum ferramentis
ſuis· ſicut ſimpronianus bene & recte operari.,
Tunc ſimplicius miro amore & ſtudio· coepit inquire
re a ſimproniano· quod eſſet genus temperamenti· quia
numquam frangebatur argumenta ferramentorum
ſuorum qua de arte non ualent., Dicit ei ſimpronia
nus· uenī cum claudio, Ergo frater miraris in tempera
tione ferramentorum· Deus quē creator & dns om
nium· ipſe facturam ſuam confortauit., Reſpondit
ſimplicius dicens ſimproniano, Numquid deus to
tus ipſe non fecit omnia· Reſpondens claudius ait
illi, frater· age penitentiam· quia blaſphemaſti·
neſciens quid loqueris· Deus quem nos confitemur·
ipſe omnia creauit· & ihs xps filius eius dns nr & ſps
ſcs., Nam quem tu dicis deum· quare non cognoſcis·
quia & nris manibus ſculpitur· Neſcis quia & ſolem
quem nos per ſculpturam artis fecimus· & ipſe nihil eſt.
Eadem autem die· dum inter ſe altercarent·
ecce ſubito iuſſit diocletianus auguſtus· ut face
rent ei & metallo porphyritico concas ſigillis
ornatas cauare., Tunc ſimpronianus· claudius·
caſtorius· nicoſtratus· ceperunt in nomine dni
cauare concas & lacus cum ſigillis & cantaros ſecum

magne tenuitate artis; simplicius uero quicquid
in arte misisset manum ilico confringebatur. Tunc
dixit ad simpronianum, adiuro te per deum solem-
niter dicas mihi qui est iste deus qui omnia creauit, in
cuius nomine uos artem bene operamini; Respon
dens claudius simplicio dixit, placitum est in
sensu et in uisu oculorum tuorum quae nos facimus.
Respondit simplicius et dixit, Ideo nescio quam
predicationem quam occulte predicatis. sed quaero uos
declarate mihi hanc predicationem diuinam, ut et
mea uobiscum fruamini amicitia. Dicit ei claudi
us, et est hic pura amicitia. simplicius dixit.
Uere fateor, nam et uos cognouistis. Ecce hic quin
decim annos qualiter uobiscum operatus sum. Di
cit ei simpronianus. si potes credere dicimus tibi
et mox artem consequeris; sed et uitam aeternam
habebis; simplicius dixit. Desiderio desideraui
scire deum uestrum. et supplico uos. Dicit ei claudius,
Ecce hoc est quod tibi dicimus. ut fideliter credas dominum
nostrum ihesum christum dei filium et baptismum percipias. et omnia
ministrabuntur tibi. simplicius dixit, Ergo noli
te tardare. ut uobiscum unanimis sim in arte et in re
ligione; et coeperunt querere sacerdotem, et inuene
runt eum in custodia religatum nomine cyrillum
de antiochia adductum pro nomine christi uinctum. qui
iam multis uerberibus fuerat maceratus. per annos
tres; Ad quem uenientes noctu simpronianus clau
dius nicostratus et castorius. una cum simplicio.
Quem inuenerunt in catenis constrictum. cum aliis
multis confessoribus, et ingressi ad beatum cyril
lum miserunt se ad pedes eius et rogauerunt ut bap
tizaret simplicium. Cumque hoc audisset beatus cy
rillus episcopus gaudio repletus est magno. dixit ad simpli
cium. fili uide si ex toto corde credis. et omnia mini
strabuntur tibi. et respondentes claudius simproni
anus et nicostratus atque castorius dixerunt ad eum
rem gestam de ferramentis quid obuenisset; et tunc
beatus cyrillus episcopus gratias agens deo omnipotenti dixit
ad simplicium. fili audisti uirtutem in operatione
uestra. modo tantum fideliter crede. Respondit simpli
cius cum lacrimis et dixit, et quomodo iubentis et ostendi

credulitatem meam. Beatus cyrillus episcopus dixit,
ut credas ihesum christum dominum nostrum filium dei creatorem
omnium rerum. et omnia simulacra manu facta
respuas. simplicius dixit. Ego credo quia in ue
ritate ipse est uerus deus ihesus christus; et facto eo secundum
ecclesiasticum consuetudinem catecumino. bapti
zauit eum in nomine patris et filii et spiritus sancti. Ibidem
in carcere. et dimisit eos. Reuersique sunt ad o
pera sua. et coeperunt cauare conchas de lapide por
phyritico cum sigillis et herbis cantis, In qua autem
hora mittebant manus suas ad opera in nomine ihesu
christi operabantur. signum crucis facientes, Unus
autem de philosophis intuens eos. et uidens quomo
do sine signo crucis nihil faciebant. seducebantur
omni hora signo christi crucis in omni opere. contris
tatus est uehementer. et dixit cum iracundia,
Hoc genus magice artis est. quod signum nescio quod ad
crudelitatem pertinet. et per ipsum omnia prospera
a uobis aguntur. Respondit claudius et dixit ei,
Nescis philosophe quia hoc signum quod aliquando fuit
ad crudelitatem. nunc autem ad uitam perducit aeternam.
maxime autem eos qui credunt in eum. Respondit phi
losophus et dixit, Non potest crudelitas mortis ad uitam
perducere aeternam, sed tantum ad uitam aeter
nam potest aliquis per abstinentiam temporalem
peruenire, Claudius dixit ad eum, Deus pater domini
mei ihesu christi dixit, Qui inuenerit animam suam per
det eam, et qui perdiderit animam meam suam prop
ter me inueniet eam. Respondit philosophus et dixit,
Ergo et uos christum sequimini colentes eum. Claudius
dixit, Uere in ipsius signo et uirtute omnia opera
manuum nostrarum facimus, Quia sic nos docuit
doctor gentium beatus paulus apostolus dicens, quicquid
feceritis omnia in nomine domini facite, Respondit philosophus
dicens, in cuius nomine domini. Simpronianus ait,
In nomine domini nostri ihesu christi; Dixit ad eum philo
sophus, et si ipse est deus audiuimus quomodo morti
subiacuit. Simpronianus dixit, Tamen si scis quia
mortuus est. quia surrexit cognitum tibi non est;
Haec autem inter se altercantes multis diebus fiebat;
quadratarii audientes eos. Crediderunt in uerbis

seu doctrinis beati simproniani. & dixerunt ad alterutrum,
sit. melius nobis est. in arte uiuemus & fortes esse pos
simus per eius nomen qui mortuus est & resurrexit.
Eodem autem tempore iubente diocletiano augusto.
perfecta est conca porphiretica cum naulis & herba
citis. per manus claudii. simproniani. nicostrati. & cas
torii. & illata est ante conspectum diocletiani augusti.
& placuerunt ei omnia, quibus artificibus donis multi
plicauit. Tunc dixit eis diocletianus, Uolo fieri
mihi columnas cum capitibus foliatis. ut abscidatis de
monte porphiretico dictantibus claudio. simproni
ano. nicostrato. & castorio, hoc audientes philosophi.
Indignati sunt uehementer. & quidem iussio diocleti
ni urgebat; Accedentes autem artifices ad montem,
designauerunt partem lapidis. ut inciderentur. Tunc
orauerunt hi sci. & fecerunt signum crucis xpi.
dictantes. atq. dolantes. ceperunt artifices quadra
turi incidere lapidem ad collyrium columne. Qui
etiam operabantur cottidie per menses tres. & expli
cata una columna mirifica arte pfecta. Dixerunt
ergo philosophi. ad claudium. simpronianum. ni
costratum. atq. castorium. & simplicium, Uos
qui dono locupletati estis. date operam in illa co
lumna incidenda. quare a nobis discere desideratis
artem? Respondentes autem hi quinque tamquam
ex uno ore dixerunt eis. In nomine dni nri ihu xpi
in quem confidimus. & hanc aliam columnam
operamur sicut & priorem; & dantes operam cum
summo studio intra dies uiginti [illegible]. inciderunt
aliam columnam, Tunc philosophi hec agnoscentes
dixerunt, hec carmina non sunt. nisi magice
artis, Ita sculpentes sculpturas diuersi operis da
bant studium. & bene consequebatur ars consilio
eorum. Qui nihil peritiorum artis philosophie
faciebant. nisi in nomine xpi operabantur inuide.
Hoc uidentes philosophi. suggestionem dederunt
diocletiano augusto dicentes; summe princeps &
ornator sctli. magnum consilium precepti uestri.
& mansuetudinis in opere montis designati.
ut lapis pretiosus incidatur ad mirificum ornamen
tum rei publice urē! & multa opera clara factus

In columnarum metallo. miroq. labore serenitatis
uestre, Diocletianus augustus dixit, Uere delector
peritia horum hominum; & ipsos quinq. uiros artifices
in aspectibus suis iussit presentari, Quibus letus lae
dixit, per uirtutem deorum qui sublimabo uos diui
tiis & donis. Tantum sigilla precidite de monte hoc por
phiretico? & iussit uictorias. & cupidines. & concas he
rum fieri. maxime asclepium, & fecerunt concas.
uictorias atq. cupidines. asclepii autem simulacrum
non fecerunt. Post aliquantos uero dies optulerunt
opera sua. In diuersis ornamentis sigillorum. Simili
ter letificatus est diocletianus de peritia artis quadratarie,
& dixit Imperator. ad claudium. simpronianum.
nicostratum. castorium. atq. simplicium. Gaudeo
in studio artis uestre, tamen quare non ostendistis
amorem meum. in deum asclepium. curatorum sani
tatum dolores? Pergite cum pace. & date opera
in hoc simulacro. & leones fundentes aquam. & aqui
las. & ceruos. & gentium multarum similitudinem
operamini, & fecerunt omnia secundum consuetudinem
eorum. Excepto uidelicet simulacro asclepii,
Post menses uero quattuor. dederunt suggestionem
philosophi diocletiano augusto. ut uideret opera
artificum, & iussit omnia in campo afferri,
& dum allata fuissent. asclepius non est psentatus.
secundum preceptum imperatoris diocletiani.
Cumq. nimio amore ipsum requireret imperator.
suggestionem dederunt philosophi dicentes
Piissime caesar & semp augustе. quo omnes homi
nes diligis. & et pietatis amicus. sicut mansuetudo tua
quia hi quos diligis xpiani sunt. & omne quicquid
eis imperatum fuerit in nomine xpi faciunt.
Diocletianus augustus dixit ad eos, Si omnia opera
eorum in nomine in nomine xpi sic magnifica
esse cognoscuntur. non est crudele. sed magis glorio
sum. Responderunt philosophi dicentes, Igno
ras piissime. quia precepto pietatis tue non obediunt
conscientia crudeli. & ideo noluerunt artis
munificentiam haberi in edificatione simulacri
dei asclepii ostendere imaginem. Diocletianus au
gustus dixit, Deducantur ad me isti uiri. Cumq.

uocati fuissent claudius. simpronianus. castorius. ni
costratus & simplicius. dixit ad eos imperator. scitis
quo affectu & gratia uos diligerit mansuetudo nostra.
& pro amore uos fouerim. quare non obedistis precep
tis nris. ut sculperetis de metallo porphiretico deum
asclepium. Respondit claudius & dixit. Pie semp
auguste. nos semp obediuimus pietati uestre. & serui
uimus claritati tue. Imaginem uero hominis miser
rimi numquam faciemus. quia sic scriptum est. similes
illis fiant qui faciunt ea. & omnes qui confidunt in eis.
Tunc exarserunt philosophi aduersus eos dicentes ad
imperatorem. Piissime imperator & semper au
guste. uides p̄fidiam quomodo pietati uestre super
bo sermone loquuntur. Diocletianus augustus
dixit ad eos. Non execrentur periti artifices.
sed magis consolentur. Ad quem philosophi dixerunt.
Ergo seruiunt preceptis pietatis uestre. autor inue
nienius qui faciant secundum uoluntatem clementie
uestre. Diocletianus augustus dixit. & inueniuntur
uiri doctiores in hac arte. philosophi dixerunt.
Nos procurabimus uiros religione suffultos. Diocletia
nus augustus dixit. si de hoc metallo procurauerentis
ut deum escolapium faciant. & hos sacrilegos pena
constringit. & illi magni erunt apud nostram man
suetudinem. Tunc ceperunt philosophi contra
claudium. simpronianum. nicostratum. castorium.
& simplicium. habere altercationem. quare non mar
te uestra preceptis piissimi augusti diocletiani obce
distis & faceatis uoluntatem eius. Claudius dixit.
Nos non blasphemamus creatorem nostrum. quia
nos ipsos non confundimus. ut rei inueniamur in conspec
tu eius. philosophi dixerunt. Clarum quia xpiani
estis. Castorius dixit. Vere xpiani sumus. Tunc
philosophi elegerunt alios artifices quadratarios. & fe
cerunt sculpentes asclepium de metallo preconisio.
& protulerunt ante philosophos post dies XXXta & u
num. Tunc philosophi nuntiauerunt diocletiano
augusto asclepium perfectum. Qui illico iussit. ut
ante conspectum eius deferreretur. Cum ergo
uidisset simulacrum miratus est & dixit. Hor ar
tis ingenium ipsorum est qui nobis in arte sculpture

placuerunt. philosophi dixerunt. Sacratissime im
perator & semper auguste. hos quos declarat serenitas
uestra in arte quadrataria peritissimos esse. hoc est clau
dium. simpronianum. nicostratum. castorium & sim
plicium. Innotescat mansuetudo uestra eos sacrile
gos xpianos esse. & per incantationum carmina omne
genus humanum sibi humiliari. Diocletianus au
gustus dixit ad eos. si preceptis iustitie non obedierint
& uera est locutio suggestionis uestre. ferant sententiam
sacrilegii uestre. Et iussit cuidam tribuno lampa
dio nomine sub moderatione uerborum eos cum phi
losophis audire dicens. Iusta examinatione eos pro
ba. & in quibus inuenta fuerit querela. falsi testimonii
reatus. pena seruatur. Eodem tempore lampadius
tribunus iussit ante templum solis in eodem loco tri
bunal parari & omnes artifices colligi. & simpronianu
claudium nicostratum. castorium & simplicium. & phi
losophos. Ad quos publice lampadius tribunus dixit.
Domini nostri piissimi imperatores hoc iubentes dix
erunt. ut ueritate a nobis cognita. inter philosophos
& magistros claudium. simpronianum. castorium
nicostratum. & simplicium. clarescat si uera accusatio
esse inter partes. Clamauerunt omnes artifices
quadratarii inuidiose moniti a philosophis dicentes.
per salutem piissimi cesaris. tolle sacrilegos. tolle
magos. Videns autem lampadius tribunus quia
inuidiose clamarent artifices. dixit. Causa ter
minata adhuc non est. quomodo possum dare sen
tentiam. philosophi dixerunt. si non sunt magi.
adorent deum cesaris. Et continuo iussit lampa
dius tribunus simproniano. claudio castorio.
nicostrato & simplicio dicens. Adorate deum solem
& destruatis consilium philosophorum. Qui
respondentes dixerunt. Nos numquam adora
mus facturam manuum nostrarum. sed adoramus
dnm celi & terre. qui est imperator in perpetuum
& ds aeternus dns ihs xps. philosophi dixerunt
tribuno. Ecce cognouisti ueritatem rerum
ut hec domino nostro cesari. Tunc lampadius
iussit eos reduci in custodia publica. post
dies uero nouem inuento silentio enuntiauit gestum

diocletiano augusto. Eodem die & philosophi accusa
bant eos in iudicio principi dicentes. sibi tulerint
perit cura deorum. Tunc iratus diocletianus
augustus dixit. per magnum deum solem. quod si non
sacrificauerint deo soli secundum morem antiquum.
& monitis nostris non obedierint. diuersis & exquisi
tis penis eos consumam. Mox lampadius tribunus
iussit ut alia die in eodem loco ante templum
solis sisterent. Lampadius tribunus ait. Intro
ducantur ambe partes philosophi & quadratarii.
Quibus introductis. Lampadius tribunus dixit.
Uenerunt accusatores eorum & dicant quid eis in
pugnandum sit. Introgressique philosophis
unus ex eis philosophus chrysolitus dixit tri
buno. quod docuit intellegentia tua. quid am
plius queris cognoscere. Lampadius tribunus
dixit. ad claudium. nicostratum. simpronianum.
castorium & simplicium. quod dixerunt nobis
piissimi principes. cognitum uobis est. Dix
erunt hi quinque. Nescimus. Quibus iterum
ait. Ut sacrificetis deo magno soli & antiquis
numinibus detis honorem. Claudius respondit.
Nos damus honorem deo omnipotenti & domino
nostro ihesu christo filio eius. In cuius nomine semper
sperauimus. & post tenebras ad lucem nos uenis
se confidimus. Lampadius tribunus dixit.
Et que lux tam clara. qua dei magni solis?
Respondit claudius & dixit. Christus qui natus est
de spiritu sancto & maria uirgine. qui inluminat om
nem hominem uenientem in hunc mundum.
qui est uera lux ubi tenebre non sunt ulle.
Lampadius tribunus dixit ad eos. Rogo & com
moneo uos. nolite perdere tantum amorem
& gratiam domini nostri principis diocletiani.
semper augusti. Melius ergo uos nostis quia piissi
mus noster princeps. tantum gratus est omnibus
hominibus. ut omnes tanto affectu ueneretur.
quantum fratres & filios. Maxime autem cul
tores deorum. Simpronianus una cum sociis
suis dixit. Piissimus princeps tantum debet
curam habere hominum. ut deum celi non offendat

qui est creator omnium rerum. Nam nos curam
habemus ne pereamus ne pereamus in futuro seculo.
ubi ignis non extinguetur. Tum lampadius tribu
nus considerans preceptum diocletiani. Iterum
retulit gestum rem diocletiano. Tunc diocletianus
augustus artem eorum considerans. precepit
lampadio tribuno dicens. Amodo si non consen
serint & sacrificauerint deo magno soli. uer
beribus scorpionum eos afflige. Si autem con
senserint. deduc eos ad mansuetudinem.
Post dies uero quinque. Iterum sedit lampadius
in eodem loco ante templum solis. & iussit eos
sub uoce preconia introduci. & ostendit eis terro
res & genera tormentorum. Quibus intro
missis. sic eos adgreditur dicens. Audite me
& euadite tormenta. & estote cari & amici no
bilium principum. & sacrificate deo magno soli.
Nam iam loqui non est apud uos sermonibus blan
dis. Respondit claudius una cum sociis suis.
cum magna fiducia dicens. Nos non pauescimus
terrores uestros. nec blanditiis frangimur. sed
magis nos timemus tormenta eterna. Nam
hoc sciat diocletianus imperator tuus. nos christi
anos uerTes esse. & numquam discedere a cultu
ra ueri domini nostri. Tunc iratus lampadius tribu
nus. iussit eos statim expoliari. & scorpionibus
mactari. sub uoce preconia dicens. Precepta
principum contempnere nolite. In eadem autem
hora arreptus est lampadius a demonio. & discer
pens se expirauit. sedens in tribunali suo.
Hoc audiens uxor eius & familia. cucurrerunt
ad philosophos cum mugitu magno. Ita ut di
uulgaretur diocletiano. Hoc autem cum audis
set diocletianus imperator. Iratus est uehementer
& nimio furore plenus dixit. Fiant loculi plum
bei & uiui in eos recludantur & proiciantur in
fluuium. Tunc nicetius quidam togatus qui ad
sedebat lampadio. fecit quod iusserat diocletianus.
& fecit loculos plumbeos & uiuos omnes in eos inclu
sit. & precipitari iussit in fluuium. Sanctus uero cy
rillus episcopus hoc audiens dum esset in carcere afflixit se

& transiuit ad dnm. Sci autem martyres passi sunt
pro nomine dni sub die sexto idus nouembris. In
ipsis autem diebus ambulauit diocletianus inde ad
sirmeum. & post dies quadraginta duos quidam
nichodemus xpianus leuauit loculos cum corporib;
& posuit in domo sua. Rediens uero diocletianus
a sirmio post menses undecim ingressus est romam.
& statim iussit in thermis traianis templum asclepii
aedificare. & in eo simulacrum fieri de lapide
proconisso. Quod cum factum fuisset praecepit
ut omnes curatores in eodem templo in prego mat gne-
as cum caracteribus infigi. ut omnes militiae uenien-
tes ad simulacrum asclepii sacrificiis seu aduri-
ficandum compellerentur. Maxime aut urbane prefec-
turae milites. Cumq. omnis edictum est ad sacrifi-
cia compellerentur. quattuor quidem cornicularii
quorum nomina haec sunt. seuerus. seuerianus.
carpoforus. & uictorinus. Hi compellebantur ad
sacrificandum. sed ipsi reluctantes nec omnino
consensum impiis praebentes. nuntiatum est dio-
clitiano imperatori. quos ilico iussit ut ante ip-
sum simulacrum ictibus plumbatarum caesi defi-
cerent. Qui cum diu caederentur emiserunt spm.
Quorum corpora iussit in platea canibus iactari.
que etiam corpora iacuerunt ibi diebus quinq.
Tunc beatus sebastianus uenit noctu cum melchi-
ade epo & collegit corpora & sepeliuit in uia
lauicana miliario ab urbe roma tertio cum aliis
scis in arenario. Quod factum est eodem tempo-
re sed post duos annos euenisse. Iubet sexto idus
nouembris & nomina eorum repperiri minime
potuissent. iussit beatus melchiades eps ut sub no-
mina scorum. claudii. nicostrati. simproniani.
castorii & simplicii. anniuersaria recolatur di-
es eorum. Regnante dno & saluatore nostro
ihu xpo. cui est honor & gloria in secla seclorum amen.

Explicit passio scorum martyrum

INCIPIT · PASSIO · SCI · THEODORI · MAR · MENSE · NOV · DIE · VIIII ·

Temporibus suis maximianus & maximinus
imperatores. miserunt per omnem terram
regni sui edictum. aduersus omnes ueri
xpi religionis cultores. ut gustantes de immola-
tiuis ab eis possent euadere tormenta & uiuere. Con-
tradicentes uero in iudicium tradi. & multis diuersis-
q. suppliciis affligi. Eo autem tempore tentus
est theodorus. & simul cum eo alii multi tirones
ad militandum. & adductus est in legione que dici-
tur marmaritanorum. sub preposito brinca.
Que legio consistebat in ciuitate amasie prouinciae
elesponti. ubi etiam sedm edictum imperatorum.
compellebantur uniuersi ad immolandum idolis.
His contra dicens beatus theodorus. adductus est ad
brincam propositum. Cui brinca ait. Quid
non obtemperas preceptis imperatorum. & immolas
diis inmortalibus. Beatus uero theodorus cum esset
fidelis do plenusq. spu sco. stans in medio legio-
nis dixit. Quia ego xpianus sum. & immolare re-
gibus simulacris preceptum non accepi. habeo enim
regem meum xpm in celis. Brinca prepositus dixit.
Accipe arma tua theodore & milita. & adquiesce
sacrificare diis inmortalibus. & obtempera inuic-
tissimis imperatoribus. Respondens autem scs
theodorus dixit. Ego milito meo imperatori.
& alio militare non possum. Brinca prepositus
dixit. & hi omnes circum stantes xpiani sunt & mili-
tant. Theodorus dixit. Unusquisq. nouit quomo-
do militat. Ego autem milito dno meo. & regi celesti
do. & filio eius unigenito ihu xpo. Possidonius du-
cinarius dixit. Ergo ds tuus filium habet. Scs the-
odorus dixit. Etiam habet filium. qui est uerbum
ueritatis. per quem omnia facta sunt. Dixit autem
ad eum prepositus. possumus eum cognoscere?
Scs theodorus dixit. Uellem sic daret uobis talem in-
tellectum. ut eum cognosceretis. Possidonius ducina-
rius dixit. & si agnouerimus eum. numquid possu-
mus derelinquere imperatorem terrenum & ad
eum accedere? Scs theodorus dixit. Nihil est
quod uobis impediat. ut derelinquentes tenebras.
& fiduciam quam ad mortuum habentis apud temporale